



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

249. feria 5. de regni virtutis præstantia, & quatuor indicijs obtentæ
virtutis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

444 *Feria 5. Dom. 11. post Pentecost.*
excitari. 4. Si insurgentes mox reprimantur. 5. Naturalibus passionibus tantum ad bonum uti.

Conf 4 Signa victoriæ tentationum esse quinque. 1. Si ad peccatum nos non pertrahant. 2. Si nec ad periculum. 3. Si raro nostrâ culpâ oriantur. 4. Si neque in vehementi occasione. 5. Si eas magis sensus abhorreat.

MEDITATIO CCXLIX.

Feria 5. Domin. 11. post Pentecost.

De Regni virtutis præstantia, & quatuor indicijs obtenta virtutis.

Aspiciam Regnum Virtutum velut metam bonorum, & honorum, generisque humani beatitatem. Petam in amorem ejus exardescere.

Conf 1. Quòd Virtus sit qualitas, & habitus animæ, ad bene operandum inclinans, & efficiens, ut homo bene vivat, nec possit eo malè uti: quia quando malè agit, non sequitur virtutem, cujus regula est recta ratio, lex sancta, & consilia Dei. Incitant ad virtutem. 1. Deus, qui imponit nomina rebus convenientia: Sed virtutibus dat nomen boni, nomen divitiarum, thesauri, beatitatis: sunt igitur virtutes propria hominis vera, & pretiosa bona, nobis promissa: 2. Pet. 1. 2. ad Cor. 4.

Ferias, Domin. 11. post Pentecost. 445

Cor. 4. Veræ hominis divitiæ, & thesaurus, faciuntque verè beatos Psal. 118. *Beati, qui ambulant in lege Domini.* Sunt virtutes divinæ vestes, quibus anima ornatur. Est virtus vera & sola nobilitas, & consanguinitas Christi. Apoc. 3. Ipsa virtus discernit inter Luciferum & Seraphinum, Cain & Abelem, Judam & Petrum, malos & bonos, imperfectos, & perfectos, mancipia inferni & cives coeli.

Conf. 2. Actiones virtutis in genere sunt: Frequentare ejus actus, optimâ intentione, perfectè, Cujus signa sunt. 1. Omnia ex motivo supernaturali agere. 2. Agere sine peccato meritum corrumpente. 3. Multiplicatis intentionibus agere, 4. Agere plenâ diligentia: Ita B. Aloysius ad omnem pene actum dicebat: *Propter te Domine.*

Conf. 3. Indicia adeptæ virtutis esse. 1. Si vitia virtuti opposita sint extincta. 2. Desiderium vehemens in virtute crescendi. 3. Facilitas ac voluptas in bene operando, atque conformitas vitæ cum vita Christi, & Sanctorum. 4. Si passiones & affectiones videantur moderatæ. Cujus rei signum est, si perfectius & facilius agantur præcepta, & consilia, si majori constantiâ, si in magis arduis, si omni, quo potest, tempore, hoc manifestum signum bonorum est habituum,

MEDI-